



The following document is part of a Dulwich Society project to digitise, transcribe and translate the Dulwich Manorial Court Rolls. They begin in 1333 and continue, with some breaks, to 1908.

For more details of the original court rolls and other documents please go to <https://www.dulwichsociety.com/courtrolls/>

Text in **red**, apart from modern notes by the transcriber, indicates text missing from, or entirely illegible in, the original Roll.

Text in various shades of **grey** indicates text which, in the original Roll, is to a greater or lesser extent difficult to decipher.

Text in **green** indicates letters missed out of the original text, usually in commonly found abbreviations.

Otherwise, all contemporaneous text is in **black**, except for presumed later additions which are indicated in **brown** or **blue**.

H.7

Dulwiche // Curia baronis cum Visu franci plegii Margarete Caulton vidue ibidem tenta xiiij^o die Octobris ann^o Regni Domine Elizabethae Dei gratia Anglie Frauncie et Hibernie Regine fidei Defensoris &c. Decimo./

Essonia // Jasper Wrighte et Michaelus Nuett essoniantur per Ricardum Wrighte / Cristoferus Ockeland essoniatur per Johannem Dove Johannes Easer essoniatur per Thomam Ode / Robertus Badger essoniatur per Johannem Badger Robertus Lewys essoniatur per Johannem Lewys / Johannes Archar essoniatur per Johannem Hunt / Henricus Mathewe essoniatur per Johannem Mathewe / Cristofferus Curson essoniatur per Johannem Hunt / [Willelmus] Mannyngge essoniatur per Johannem Dove / Henricus Kingeston essoniatur per Henricum Knyghte / Edwardus Cassinghurst essoniatur per Johannem Lewys / Ricardus Arnould essoniatur per Thomam Ode / Nicholaus Juxe essoniatur per Henricum Knyghte Matheus Draper essoniatur per Egidium A becke

liberi tenentes & sectatores // Matheus Draper generosus Johannes Crofte Thomas Ode Henricus Knighte. /

presentacio Constabularii // Thomas Ode Constabularius ibidem presentat super sacramentum suum omnia bene et nihil aliud. Et in loco prefati Thome Ode electus est Johannes Cassinghurst et Juratus est ad exercendum officium suum /

Capitales plegii // Henricus Huscrofte et Henricus Henleye presentant omnia bene et nihil aliud Et in loco eorum electi sunt Thomas Longe et Thomas Fearinge et Jurati sunt & c.

Gustator servicie // Johannes Hunt presentat omnia bene et nihil aliud Et in loco eius electus est Robertus brooxebye et Juratus est & c.



et singula superius presentata fore vera Et ulterius Dicunt quod dant Domine istius manerii de certitudine ad hunc Diem ex antiqua consuetudine c-----iij^s Et etiam Dicunt quod Johannes Webster tenens Custonarius[sic] fecit defaultam Ideo ipse in misericordia

bona waviata Item presentant super sacramentum suum unum pannum pro duplice Anglice a dolette clothe of Sacke clothe et unam Camisiam anglice a shurte de bonis et Cattallis felonis fugitive et waviate infra istud manerium et remanent in Custodia Henrici Henley . /

Misericordia Item presentant Henricum Hunter pro Affraya facta super Johannem Robinson et retraxit sanguinem super eundem Johannem Ideo &c. in misericordia c---- iij^s iij^d

Misericordia Item presentant dictum Henricum Hunter quia scindit Ramos et spinas anglice bowes and thornes infra boscum domine huius Manerij et abcaravit illos extra dominium contra ordinaciones et leges istius Manerij ideo in misericordia c---- viij^d

Misericordia Item presentant Johannem Badger pro asportando vallorum anglice stakes extra sepes Domine huius Manerij Ideo ipse in misericordia c---- xij^d

Misericordia Item presentant Johannem Badger pro colligendo et asportando mala silvestra Anglice Crabbes sitra[sic] Festum Bartholomei Apostoli contra ordinaciones et leges Domini Ideo ipse in misericordia c---- iij^s

Misericordia Item presentant Willelmum Pristley de Pencam pro agendo ovium suarum anglice for staff dryving of his shepe ad Communem pasturam infra manerium predictum ibidem depascendarum contra ordinacionem ideo ipse in misericordia c---- iij^s iij^d

Misericordia Item presentant Johannem Badger pro scindendo ij Arbores mala silvestra Anglice two Crabtrees infra boscum Domine istius manerij Ideo ipse in misericordia c---- ij^s

Johannes Badger
nunc tenens

Item presentant Henricum Pike de Friarne pro agendo ovium suarum anglice for staff dryving of his shepe in Communem pasture infra manerium predictum ibidem depascendarum ideo ipse in misericordia c---- iij^s iij^d

Misericordia Item presentant Willelmum Margery quia permittit ij porcous suos esse infra Dominium non Jugulatos Anglice Unringed contra ordines &c Ideo ipse in misericordia c---- viij^d

Misericordia	Item presentant Johannem Badger pro consimile pro iij porcis suis ideo ipse in misericordia c---- xij ^d
Misericordia	Item presentant Egidium Abecke pro consimile ideo ipse in misericordia c---- xij ^d
Misericordia	Item [presentant] Johannem Badger pro Truantura et fraccionis Assise ideo ipse in misericordia c---- iij ^s iiij ^d
Misericordia	Item presentant Radulphum Bettis de Pencam pro agendo ovium suarum anglice for staff drivynge of his shepe in ibidem
Misericordia	Dominicale pastura infra manerium predictum \wedge depascendarum contra ordines ideo ipse in misericordia c---- iij ^s iiij ^d
Misericordia	Item presentant [Henricus] Kinge[ston?] pro fraccione Assise panis infra manerium predictum ideo ipse in misericordia Domine c---- ij ^s
Misericordia	Item presentant Nicholaum [Juxe] pro fraccione Assise servicie ideo ipse in misericordia c---- ij ^s
Misericordia	Item presentant Thomam Ode pro eripiendo et Asportando vallorum Domine Anglice stakes extra sepes suas Ideo ipse in misericordia c---- vj ^d .
Misericordia	Item presentant Johannem Hunt pro consimile ideo ipse in misericordia c---- vj ^d
Hariottus pena	Item presentant Waltherum Bowyer pro sursumreddicione ij acrarum terre unde accidit Domine pro harrieto c---- vj ^s viij ^d Item preceptum est Willelm ^o Margery quod escueret et mundaret fossatum suum apud le upper Ende de una Acra ipsius Willelmi sitra Festum Natalis Domini proxime futurum sub pena c-- xij ^d pro qualibet Roda in defectu et sic a predicto loco usque ad xvij ^{cem} acras et sic ante dictum Festum sub pena predicta .
extrahura	Item presentant unam equam ut Astrahuram super annatam in Custodia Johannis Cassinghurst appreciatur ad c--- iiij ^s
extrahura	Item presentant unum alium pullum ut Astrahurum a Festo Sancti Johannis Babbiste in Custodia Dicti Johannis et appreciatur ad c-- iiij ^s
Visus	// Item preceptum est homagio predicto Capere visum apud le newe medowe in Festo Sancti Thome et videre utrum Henricus Knyghte implevit quendam fossatum apud le newe medowe ubi Encrochiavit super Dominicam terram Domine istius manerij sicut habet in pena ad ultimam Curiam et quilibet eorum in defalta c-- xx ^d & ad dandum veredictam suam ad proximam Curiam sub pena predicta qui in defalta fuerit .
Visus	Item preceptum est eis Capere visum De terra Johannis Dove in Contraversia inter Dictum Johannem et Matheum Draper generosum sub pena predicta et dare veredictam [suam] ad proximam Curiam

Visus

Item **preceptum** est eis **capere visum** de limites sepes et **bondes** in **Contraversia** inter **Henricum** Knighte et **Johannem** Dove nec non **omnia** alia re et **matteria** in **Contraversia** sub **pena predicta**

[End of I10 [previously H7 (recto). I10 [previously H7 (verso) follows below :]

Roll I10 [previously H7] (verso) [Tuesday] 14 Oct 1568 (continued)

Modo de Curia Baronis

Ad hanc **Curiam** venit **Walterus** Bowyer et in plena **Curia** **sursum** reddidit in manus **Domine** unum **Tenementum** cum duabus acris terre **Arrabilis** **vocatis** **Waulcardise** **Crofte** in **Dulwyche** **predicta** ad opus et usum **Johannis** Dove **heredum** et **assignatorum** suorum unde accidit **Domine** **pro** **herioto** **vj^s viij^d** cui quidem **Johanni** Dove **domina** **per** **Senescallum** suum concessit **Dictum** **tenementum** cum **Dictis** **Duabus** acris terre **arrabilis** cum **omnibus** suis **pertinenciis** **Habendum** et **tenendum** **prefato** **Johanni** **heredibus** et **assignatibus** suis ad voluntatem **Domine** **Secundum** consuetudinem **manerij** reddendo inde **annuatim** **viiij^d** ac **omnia** alia **servitia** inde prius **Debita** et **consueta** et **Dat** **Domine** de fine **pro** tali statu **habendo** **xxvj^s viij^d** et **heritabit** cum **acciderit** **Secundum** consuetudinem **manerij** **predicti** et **fecit** **Domine** **fidelitatem** et **seisina** **Deliberata** est ei **per** **virgam** et **admissus** est inde **tenens** /

Ad hanc **Curiam** venit **Henricus** Henleye et in plena **curia** **sursum** reddidit in **Manus** **Domine** unum **tenementum** et unam **acram** **pasture** **vocatam** **Wattes** **Crofte** in **Dulwiche** **predicta** ad opus&usum **Johannis** Dove **heredum** et **Assignatorum** suorum unde accidit **Domine** **pro** **herioto** **iiij^s iiij^d** Cui quidem **Johanni** Dove **Domina** **per** **senescallum** suum concessit **Dictam** **acram** **pasture** cum **omnibus** suis **pertinenciis** **Habendum** et **tenendum** **prefato** **Johanni** Dove **heredibus** et **assignatis** **[sic]** suis ad voluntatem **Domine** **Secundum** consuetudinem **manerij** reddendo inde **annuatim** **iiij^d**

ac omnia alia servitia inde prius debita et consueta et dat Domine de fine pro tali statu habendo xiiij^s iiij^d
et heritabit cum acciderit Secundum Consuetudinem Manerij et fecit Domine fidelitatem et
seisina Deliberata est ei per virgam et admissus est inde tenens /

[End of Roll I10 [previously H7].]